

INTROIT: Psalms 44: 8

Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consórtibus tuis. (Ps. 44: 2) Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consórtibus tuis

COLLECT

Exáudi nos, Deus, salutáris noster: ut, sicut de beátæ Teresiæ Vírginis tuæ festivitáte gaudémus; ita coeléstis ejus doctrínæ pábulo nutriámur, et piæ devotiónis erudiámur affectu. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 2 Corinthians 10: 17-18; 11: 1-2

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios. Fratres: Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. Non enim qui sómno comméndat, ille probátus est; sed quem Deus comméndat. Utinam sustinerétis módicum quid insipiéntiæ meæ, sed et supportáte me: æmulor enim vos Deo æmulatióne. Despóndi enim vos uni viro vírginem castam exhibére Christo.

GRADUAL Psalms 44: 5

Spécie tua, et pulchritúdine tua inténde, prospere procéde, et regna. Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justítiam: et dedúcet te mirabíliter dextera tua.

LESSER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. Adducéntur regi vírgines post eam: próxime ejus afferéntur tibi in lætítia. Allelúja.

GOSPEL Matthew 25: 1-13

In illo tempore: Dixit Jesus discípulis suis parabolam hanc: Símile erit regnum coelórum decem virgínibus quæ accipiéntes lámpades suas exiérunt óbviám sponso et sponsæ. Quinque autem ex eis erant fátuæ, et quinque prudéntes: sed quinque fátuæ, accéptis lampádibus, non sumpsérunt óleum secum: prudéntes vero accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus. Moram autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite óbviám ei. Tunc surrexérunt omnes vírgines illæ, et ornavérunt lampádes suas. Fátuæ autem sapiéntibus dixérunt: Date nobis de óleo vestro: quia lampádes nostræ exstinguúntur. Respondérunt prudéntes, dicentes: Ne forte non suffíciat nobis, et vobis, ite pótius ad vendéntes, et émite vobis. Dum autem irent émere, venit sponsus: et quæ paráte erant, intravérunt cum eo ad núptias, et clausa est jánuá. Novíssime vero véniunt et réliquæ vírgines, dicéntes: Dómine, Dómine, áperi nobis. At ille respóndens ait: Amen, dico vobis, nescio vos. Vigilate ítaque, quia nescitis diem, neque horam.

OFFERTORY Psalms 44: 10

Filiæ regum in honóre tuo: ádstitit regina a dextris tua in vestítu deauráto, circúmdata varietáte.

SECRET

Accépta tibi sit, Dómine, sacráte plebis oblátio pro tuórum honóre sanctórum: quorum se méritis, de tribulatióne percepísse cognóscit auxiliúm. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Matthew 25: 4, 6

Quinque prudéntes vírgines accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus: média autem nocte calmor factus est: Ecce sponsus venit: exite óbviám Christo Dómino.

POSTCOMMUNION

Satiásti, Dómine, familiam tuam munéribus sacris: ejus, quæsumus, semper interventióne nos réfove, cujus solénnia celebrámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Thou hast loved justice, and hated iniquity: therefore God, thy God, hath anointed thee with the oil of gladness above thy fellows. (Ps. 44: 2) My heart hath uttered a good word: I speak my works to the King. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Thou hast loved justice, and hated iniquity: therefore God, thy God, hath anointed thee with the oil of gladness above thy fellows.

Harken unto us, O God, our Savior that as we rejoice in the festival of blessed Teresa, Thy virgin, so we may be instructed by the affection of pious devotion. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Lesson from the Epistle of Bl. Paul the Apostle to the Corinthians. Brethren, he that glory, let him glory in the Lord. For not that he that commendeth himself is approved, but he whom God commendeth. Would to God you could bear with some little of my folly, but do bear with me. For I am jealous of you with the jealousy of God. For I have espoused you to one husband, that I may present you as a chaste virgin to Christ.

With thy comeliness and thy beauty set out, proceed prosperously, and reign. Because of truth, and meekness and justice: and thy right hand shall conduct thee wonderfully.

Allelúia, allelúia. After her shall virgins be brought to the King: her neighbors shall be brought to thee with gladness. Alleluia.

At that time, Jesus spoke this parable to His disciples, The kingdom of Heaven shall be like to ten virgins, who taking their lamps went out to meet the bridegroom and the bride. And five of them were foolish, and five wise. But the five foolish, having taken their lamps, did not take oil with them; but the wise took oil in their vessels with the lamps. And the bridegroom tarrying, they all slumbered and slept. And at midnight there was cry made, Behold the bridegroom cometh, go ye forth to meet him. Then all those virgins arose and trimmed their lamps; and the foolish said to the wise, Give us of your oil, for our lamps are gone out. The wise answered, saying, Lest perhaps there be not enough for us and for you, go you rather to them that sell, and buy for yourselves. Now whilst they went to buy, the bridegroom came, and they that were ready went in with him to the marriage, and the door was shut. But at last came also the other virgins, saying Lord, Lord, open to us; but he answering said, Amen I say to you, I know ye not. Watch ye, therefore, because you know not the day nor the hour.

The daughters of kings in thy glory: the queen stood on thy right hand in gilded clothing, surrounded with variety.

May the offering of Thy consecrated people be accepted by Thee, O Lord, in honor of Thy saints, by whose merits it knoweth that it hath received aid in time of trouble. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

The five wise virgins took oil in their vessels with the lamps: and at midnight there was a cry made, Behold the bridegroom cometh: go ye forth to meet Christ our Lord.

Thou hast filled Thy household, O Lord, with sacred gifts; ever comfort us, we beseech Thee, through her intercession whose festival we celebrate. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.